

## IN ROGATIONIBVS.

**E**iufdem homilia de Rogationibus. In cuius initio angustias Viennensis territorii tempore S. Mamerti antecessoris sui. Tum ab eodem prudenti consilio Rogationum tres dies hos fuisse institutos, indictis ad diuersas Ecclesias processionibus. Deindè hortatur ad eiusmodi dies celebrandos; communisque orationis utilitates proponit. Expendit postea verba Christi: *Petite & accipietis, querite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis.* Et quid singula sonent subtiliter demonstrat. Denique Evangelicam lectionem, quæ nauim exhibet fluctibus iactatam dormiente Domino, & ad eum recurrentes Apostolos, præsentem necessitati accommodat, in qua ad Christum conclamandum est vt euigilet propter nos, & tempestatem componat. *A pagin. 150. vsque ad 157.*

Eiusdem fragmentum ex sermone die primo Rogationum, Ostendit præparari nos debere in occursum Dei ad iudicium venientis. Sed & modo occurrendum esse Deo per pœnitentiam & à licitis cœditationem. *Pag. 198. & 199.*

Eiusdem aliud fragmentum ex sermone die 2. Rogationum, ad hæc verba Apostoli 1. Tim. 6. 7. Nihil intulimus in hunc mundum, sed nec auferre possumus, Ostendit quid nostrum, quid ve alienum sit, & quàm vana sollicitudine in augendis diuitiis & earum vsu detineamur. Diuitias non esse nostras: Solum autem voluntatem & opera bona nostra esse, quæ inuiti perdere non possumus. *Pag. 204. & 205.*

Eiusdem aliud fragmentum die 3. Rogationum ad apostoli verba 2. Tim. 2. 20. In domo magna non solum argentea vel aurea, sed etiam lignea vasa & fictilia reperiri dicit: & quid cuique congruat aperit. *Pag. 206.*

## IN DIE FESTO PENTECOSTES.

**E**iufdem ex sermone de Pentecoste fragmentum considerat tribus linguis affixam Christi cruci titulum, vt omnis lingua confiteatur Iesum in gloria esse Dei patris. *Probabile est, hinc voluisse factum, vt hodie omnium linguis loquerentur Apostoli pleni Spiritu Sancto. Pag. 194.*

## IN ORDINATIONE EPISCOPI.

**E**iufdem ex sermone in ordinatione Episcopi fragmentum examinat dictum Pauli Apostoli. Qui Episcopatum desiderat bonum opus desiderat: Et quod sit illud opus bonorum operum & morum in Episcopo aperit. Non quod ab omnibus vitii liberi esse possint, sed quod periculosum illos merita sua non ponderare, & quod irreprehensibilibus solis debetur, ambire. II. Inuehitur in mercatores Episcopatum, & conditiones Episcoporum quas ponit Apostolus, examinat. 1. *Tim. 3. 2. & 3. à pag. 201. ad 204.*

## IN DEDICATIONE ECCLESIAE.

**E**iufdem ex sermone in Dedicatione Ecclesie Archangeli Michaelis mysteria visionis Iacob in somno ad propositum expendit. 1. Vnctum ab eo lapidem, vt sit in templis nostris, ad vnctionem fidelium trahit. 2. Schalæ gradus, supplicationes hominum: ascensus & descensus angelorum; præsertim Michaelis, mysteria indicare eorum, quæ & proponit. *Pag. 195. & 196.*

## DE PETRO BLESSENSI.

**P**etrus è Natali vrbe in Gallia Blesensis dictus, nobili ortus genere, Monachus S. Benedicti, primum Regis Siciliae Guillelmi II. præceptor & Pppp